

Existit sacramentum matrimonii.  
Probatio ex Eph. 5: 22-32.

Praenotanda:

a) v. 31 describit societatem matrimonialem in fieri et in facto esse: in fieri, relinquet patrem et matrem; in facto esse, adhaerabit uxori suae et erunt duo in carne una.

b) vv. 30, 31 ponunt habitudinem causalem inter corpus Xti mysticum et ~~matr~~ matrimonium. Nam in v. 31 "propter" dicit habitudinem causalem aliqualem; "hoc" vero refertur ad immediate praecedentia (circa remota diceretur "illud" "ekeino"); immediate praecedens est corpus Xti mysticum, "membra sumus corporis eius."

c) Similis habitudo causalis invenitur apud Gen. 2: 23-24, q.v.

d) Ex parallelismo sequitur proportio: Sicut se habet origo Evae ex latere Adami ad matrimonium in genere, ita se habet corpus Xti mysticum ad matrimonium xtianum